Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



aut mater plus quam me non est
me dignus. Et qui amat
filium aut filiam super me non est
me dignus. Et qui non ac-
cepit crucem suam et sequitur me:
non est me dignus. Qui inve-
nerit animam suam perdet eam. Et
qui perdiderit animam suam propter
me inveniet eam. Qui recipit
vos me recipit. et qui recipit
me recipit eum qui misit me.
Qui recipit prophetam in nomine
prophete mercedem prophete accipi-
et. Et qui recipit iustum in no-
mine iusti mercedem iusti accipi-
et. Et quicumque dederit
potum uni ex minimis istis
calicem aquae frigidae tantum in nomine
discipuli. Amen dico vobis,
non perdet mercedem suam. Lucas.
In illo t. O. do. 1. d. l. Si quis
vult post me venire abne-
get semetipsum et tollat cru-
cem suam et sequatur me. Qui
enim voluerit animam suam salvam
facere perdet eam. Qui autem per-
diderit animam suam propter me in-
veniet eam. Quid enim prodest
homini si lucretur universum mundum
ipsum autem perdat? Aut commu-
tationem pro anima sua?
Nam qui me erubuerit in meis
sermonibus hunc filius hominis
erubescet. cum venerit in maie-
state sua et patris et sanctorum an-
gelorum. Dico autem vobis ve-
rum aliqui hic stantes qui non gu-
stabunt mortem donec videant
regnum dei. Sti lucas.
In illo t. O. do. 1. d. l. Si quis
venit ad me: et non odit pa-
trem suum aut matrem suam et
uxorem et filios et fratres et so-
rores adhuc autem animam suam
non potest meus esse discipulus.
Et qui non baiulat crucem
suam et venit post me non potest
meus esse discipulus. Nam
enim ex vobis volens turrim
edificare nonne prius sedens com-
putat sumptus qui necessarii
sunt si habeat ad perficiendum ne
forte cum posuerit fundamentum
et non potuerit perficere omnes
qui viderint incipiant illudere
ei dicentes: quia hic homo ce-
pit edificare et non potuit
consummare. Aut quis rex in
eundo committere bellum adver-
sus alium regem nonne prius sedens
cogitat si possit cum decem
milibus occurrere ei qui cum
viginti milibus venit ad se.
Alioquin adhuc illo longe
agente legationem mittens
rogat ea quae pacis sunt.
Sic ergo omnis ex vobis qui non
renunciat omnibus quae possidet non
potest esse meus discipulus.